UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De Confessario electo per Bullam, vel per Iubilæum, §. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

cem; ſatis enim ſuperque erit ad Epiſcopum. Eſt & aliud remedium, ideſt Bulla, & privilegia Religioſorum, de quibus jam aliquid ſubdo.

6 Denique adverto Catalogum Cenſurarum reſervatarum haberi apud Filliucium *l*

l Tract. 15 & 16. in fine

§. 3.

De Confeſſario electo per Bullam Cruciatæ, vel Iubilæum.

7 PEr Bullam Cruciatæ conceditur accipienti illam (nam *a* non ſatis eſt propoſitum accipiendi: cum contra ſatis ſit accipere, quamvis dilata ſolutione) in Regnis Hiſpaniæ, poſſe abſolvi in illo anno, quo Bullam accipit, à quolibet Confeſſario ritè approbato, (& probabiliter *b* ſatis eſt ſi fuerit approbatus ſemel à quocumque Ordinario, ab

a Joſ. Auguſt. in notit brevi de Bulla Cruciata n. 12.

b Henric. Fill. Con. Regin. aliq; apud Dian p. 1. tract. 11. reſ. 7.

omnibus caſibus, & excommunicat omnibus Epiſcopo quomodocumque reſervatis (præmiſſa debita ſatisfactione, ubi opus fuerit,) toties quoties, & ab omnibus Pontificiis publicis, ſemel in vita, & ſemel in morte in illo anno, & per aliam Bullam iterum ſemel in vita, & ſemel in morte in eodem anno, ſed non tertiò per tertiam. c

c *Joſ. Auguſt. in notis brevi de Bulla Cruciata à n 5.*

8 Dixi (à Pontificiis publicis) nam ab occultis, excipe ſemper hæreſim, poteſt toties quoties: idque propter rationem mox dicendam §. ſequenti numer 11. Tam lata eſt poteſtas abſolvendi per Bullam omnes excommunicationes, ſatisfacta, ſi opus fuerit, parte; ut etiam poſsint abſolvi, in foro tamen interno, excommunicati, ſive generaliter pro peccatis, quæ ſint commiſſa poſt Bullam acceptam, vel etiam antea, ſive nominatim denun-

ciati

ciati. *d* Eſſe autem abſolutum quempiam ab excommunicatione in foro interno; hunc effectum habet: ut ſi excommunicatio ſit occulta, licet pro culpa, pro qua fuit excommunicatus, & pro ipſa excommunicatione, manifeſtetur poſsit apud Judicem externum puniri ipſe tamen privatim poteſt *e* ſe gerere, ut non excommunicatum; quia de facto abſolutus eſt auctoritate Summi Pontificis. At ſi caſus, ſeu excommunicatio, non ſit occulta, & abſolutio ſit per Bullam in foro conſcientiæ data; poteſt ſe in occulto gerere, ut non excommunicatum: at publicè ſe debet, *f* ut excommunicatum gerere: quia ſecus f ceret præjudicium foro exteriori.

9. Abſolutio à Cenſuris virtute Bullæ poteſt fieri *g* etiam extra Sacramentum Pœnitentiæ & etiam per formulam ordinariam *h* abſolutionis à Cenſuris.

d *Ludov. à Cruce in exp. ſu. B ll. Cruciata d.* 1. 6. 4 *du.* 1.

e *Id. ibid. du.* 3. *n.* 9.

f *Id. ibid. n.* 12.

g *Joſ. Auguſt ibid. n.* 6.

h *Ib. n.* 7.

Nec eſt neceſſe, ut pœnitens Bullam habeat ſecum; cum ſatis ſit, ut habeat domi; *i* Immo etiam ſi illam amiſerit, *l* dum tamen ſponte non projecerit. *m*

10 Quoad Iubilæum, in quo ſolet concedi latiſsima poteſtas abſolvendi à peccatis, & excommunicationibus: ſecundum ejus tenorem erit procedendum.

i Id. ibid. n 8 & Ludov à Cruce in expoſit. Bull. Cruc. d 1. c.1. dub 2.
l Id Lud. à Cruc ib
m Joſeph Aug. n.8.

§. 5.

De Confeſſore Privilegiato.

11 HI ſolent eſſe Mendicantes, & qui in eorum privilegiis communicant. Hi ergo extra Italiam, & ii, qui in urbe Roma commorantur; inter quos ſine dubio numerantur Confeſſarii Societat. Ieſu, &c. poſſunt abſolvere ab omnibus *a* caſibus Pontificiis, item toties quoties (ſatisfacta ſemper par-

te)

a In compendio privil. Soc. Jeſu V abſolutio §. 1 & univerſaliter pro omni.